



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

XI. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10634

collectionibus est in margine: *Ibid.* cap. 74. *Burc.* l. 10. c. 20. *Ivo* p. 11. c. 47. Et vers. *Si quis autem*, est in margine: *Ibid.* c. 71. *Burc.* l. 10. c. 6. *Ivo* p. 11. c. 34. Et vers. *Mulieribus* est in margine: *Ibid.* c. 75. *Burc.* l. 10. c. 19. *Ivo* p. 8 c. 330. & p. 11. c. 46.

DE EADEM RE.

Dialogus undecimus.

C. ANTEQUAM aggrediare quæ reliqua sunt, scire cupio cur Græca Latinis præferenda sint, cum Græcos constet hæreticos fuisse permultos & hostes Latinorum, multaque finxisse & mutasse. **A.** Omniã Græca tibi videntur esse rejicienda. Ergo neque sacros libros cum LXX. editione conferamus, aut cum aliis interpretibus veteris aut novi testamenti, neque aliquem sanctorum patrum Orientis librum legamus. Frustra nobis Dionysius Areopagita, Athanasius, Gregorij tres, Basilius, Joannes Chrysostronus, & tam multi alij scripserunt. Frustra tot philosophi, medici, historici, si omnia tibi suspecta sunt. **C.** Non omnia dico rejicienda Græcè scripta. Sed quæro cur Latinis præferri oporteat? **A.** Si non omnes uno ordine habes Achivos, invenies in eorum scriptis qui ista detestentur hæreticorum facinora, qui detegant eorum flagitia. Itaque licet tibi cetera sincera esse credere. Quod si non omnia Græci notant, at Latini habent quædam suspecta. Ab his abstine.

Ceteri, ut fontes ex quibus oriuntur rivi & flumina, habendi sunt Græcorum libri. Hi præsertim Græci canones in Græcia ita scripti, cur non tibi Latinis antiquiores & potiores sint, causam nullam dices. Latinos interpretes vides varios esse & obscuros. Quis meliùs sententiæ vim explicare potest quam is qui conscripsit? Si cum Afris aut Indis aut Persis cum interprete negotia geras, quàm multa interpretes obscurè dicet aut de suo addet à nobis aut ab illis non dicta, aut dictorum non recordabitur? C. Sunt igitur Græca Latinis potiora, quasi fons Latinorum. id mihi ad rem de qua agimus satis est. A. Post Ancyranos canones sequuntur Neocæsarienses. Hujus Concilij caput octavum ex interpretatione Isidoriana Gratianus refert distin. xxxiv. cap. xi. & capite xi. Martini caput xxix. a Quod dicitur, dato repudio dimittere eam debet, Græcè est, ὀφείλει ἀπολύσαι αὐτήν. dato repudio non habet Martinus. (1)

Caput ix. Gratianus refert ex Isidori interpretatione causâ xv. quæst. iix. capite i. Martini verò caput xxv. capite iv. ejusdem quæstionis. b Ex Dionysij interpretatione Rabanus cap. i. pœnitentium, & Burchardus c & Ivo d. Martini verba refert Ivo in panormia e ut ex Concilio Martini Papæ cap. xxvi. Sed Burchardus f & idem Ivo in excerptionibus g quasi ex Concilio Cabilonen- si. πὲρ τῶν λοιπῶν ἀμαρτημάτων ἔρασθαι οἱ πολλοὶ ἐκ τῶν χριστιανῶν ἀφίενται. Hæc omittit Martinus &

a Dist. 34. e.
11. Si cujus.
c. 12. Si
laici.

b 15. q. 8. c. 1.
c. 4. Si quis
c Burch. li. 2.
c. 49.
d Ivo li. 3. tit.
11. c. 9. panorm.
e part. 6. c.
150. decr.
e d. tit. 11. c. 18
f Burch. lib.
2. c. 48.
g Ivo par. 6.
c. 149. decr.

Dionysius. *Nam cetera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione privari*: Isidorus. *Cetera verò peccata &c.* Gratianus. *Remitti malim quàm privari.* (2)

Caput XI. ex interpretatione Isidoriana refert Gratianus distin. lxxiix. cap. iv. Martini verba non facilè adgnoscentur capite primo ejusdem distinctionis *h* Bonifacio Papæ inscripta, quod Demochares non vidit, qui alia animadvertit. Est autem Martini caput xx. Fabiano Papæ adscribunt Burchardus *i* & Ivo *k* & liber Tarraconensis *l*. (3)

Caput tertium Concilij Gangrensis ex interpretatione Isidori refert Gratianus caussa xvii. quæst. i v. cap. xxxvii. & mox capite xxxiix. refert Martini caput xlvii. *in quo pro anathema sit scriptum est durissimè in omnibus arguatur.* Martini verba ut ex Concilio Bracarenfi referunt Burchardus *n* & Ivo *o*, qui alibi *p* referunt verba Concilij Gangrensis ex alia interpretatione. (4)

Caput quartum Concilij Antiocheni ex interpretatione Dionysij refert Gratianus caussa xi. quæst. i ii. cap. vi. & capite vii. Martini caput xxxvii. *q* Dionysium sequuntur Burchardus *r* & Ivo *s* & Anselmus *t* & ante hos Nicolaus Papa in epist. ii. ad Michaëlem Imperatorem: *εἰ τις ἐπίσκοπος ἐπιτιμωθῆναι καὶ καταπεθεῖς. Si quis Episcopus damnatur à synodo,* Gratianus. *damnatus* Burchardus & alij. sic etiam Capitulare Caroli lib. i. cap. vii. *Si quis Episcopus in Concilio excommunicatus fuerit.* Martinus: *Si quis Episcopus*

h Dist. 78. c. 1. & 4. Presbyter.

i Burch. lib.

2. c. 10.

k Ivo li. 3. tit.

3. c. 2 panorm.

& par. 6. c.

30. decret.

l Tarr. lib. 6.

c. 122.

m 17. q. 4. ca.

37. Si quis. &

38. Si quis.

n Burch. lib. 8.

c. 25.

o Ivo par. 7.

c. 45. decret.

p Burch. lib. 11.

c. 62. Ivo par.

13. c. 48. &

par. 16. c. 102.

decret.

q 11. q. 3. c. 6.

Si quis. & ca.

7. Si quis.

r Burch. lib. 1.

c. 199.

s Ivo par. 5. c.

362. decret.

t Ansel. lib. 12.

c. 26.

copus à synodo fuerit depositus. Isidorus ut Græci. vel marutinum vel vespertinum sacrificium addidit Martinus. Si autem permanserit turbans &c. hæc etiam sunt addita à Martino, sumpta ex capite quinto extremo ejusdem synodi. (5)

Caput nonum ex interpretatione Isidoriana Gratianus refert caussa ix. quæst. 111. capite 11. & capite primo refert Martini caput 1 v. u quod brevius est multò superiore. Videtur autem confirmari canon xxxiv. Græcis, xxxv. Latinis Apostolorum; de quo videndus Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum cap. lxxii. Apud Anselmum x refertur Dionysij interpretatio capitis ix. Antiocheni. (6)

Caput xii. refert Gratianus caussa xx i. quæst. v. cap. 11. ex Isidori interpretatione. Martini caput xxxv. cap. v. ejusdem quæstionis 7. Hoc esse caput arbitror contra beatum Athanasium scriptum, quod reprehendit Julius in epistula ad hos eosdem Episcopos Antiochiæ congregatos. Idem contra Joannem Chrysostrum dum obiceretur, ab eo responsum est hæreticorum canonem fuisse. B. Cur igitur canones Antiocheni recepti sunt, cum Arianos illos Episcopos auctores habeant? A. Non possum causam dicere. sed receptos esse constat & in corpore canonum positos ante Concilium Chalcedonense; ut in ejus Concilij actione xii. Græcis, Latinis xi. apparet. Ex libro etiam Latino, quem eodem nomine Corpus canonum

u 9. q. 3. c. 1. &
2. Per singulas.

x Anf. lib. 5.
c. 73. in addit

y 21. q. 5. c. 2.
& c. 5. Si quis.

dicimus, quem apertè Leo IV. in epistola ad Episcopos Britanniae approbat, id constat, & ex aliis multorum testimoniis, praesertim Paschalis II. in Concilio Romano. Fortassè propter decretorum utilitatem. Sed ad caput XII. revertamur; quod referunt Concilium Aquisgranense cap. LXXIV. & Burchardus z & Ivo a & Anselmus b ex Dionysij interpretatione. Illa verba variè conversa sunt: εἰ τις ἰσὸς τῆ ἰδίας ἐκκοτόπυ καὶ ἀπαρτῆς. Apud Isidorum rectè est: *Si quis à proprio Episcopo depositus*. Apud Martinum est: *Si quis Episcopus in Concilio excommunicatus fuerit*. Apud Dionysium: *Si quis à proprio Episcopo Presbyter aut Diaconus aut à synodo fuerit Episcopus damnatus.* (7)

Caput XIV. habet Gratianus caussa VI. quaest. IV. cap. I quasi ex Laodicensi Concilio ante Democharis editionem, ex Isidori magna ex parte interpretatione; & cap. II. Martini cap. XIII. c Ex Dionysij interpretatione referunt Burchardus d, Ivo e, & Anselmus f. Prima verba Gratiani alij omnes aliter referunt. Græca hæc sunt: εἰ τις ἐπίσκοπος ἐν τινὶ ἐγκλήμασι κείνοιτο. *Si quis Episcopus criminaliter in judicio Episcoporum fuerit accusatus*, Gratianus. *Si quis de aliquibus causis criminalibus in judicio Episcoporum fuerit accusatus*, Isidorus. *Si quis Episcopus in aliquibus causationibus judicatur*, Martinus. Vox *causationibus* omissa est à Gratiano. *Si quis Episcopus de certis criminibus judicatur*, Dionysius & Græci. In Metropolitanis alter-

z Burch. lib. 2.
c. 180.

a Ivo par. 6.
c. 225. decret.

b Ansel. lib. 5.
c. 74. in addit.

c 6. q. 4. c. 1.
& 2. Si quis.

d Burch. lib.

1. c. 150.

e Ivo par. 5. c.
263. decret.

f Ansel. lib. 5.
c. 77. in addit.

rius vocatione varietas est. Neque enim Græcè dicitur illum esse vocandum, sed vicinos Episcopos à Metropolitanò. At Gratianus habet: *Metropolitanum Episcopum alterius provincie vicine advocari & aliquantos cum eo Episcopos alios.* Sic etiam Isidorus, *ut de provincia vicina alter Metropolitanus convocetur Episcopus, ut per eum confirmetur &c.* Martinus. *Metropolitanus Episcopus à vicina provincia iudices alios convocet,* Dionysius & Græci. (8)

Caput XIX. Gratianus refert distin. XCII. cap. v. ex Dionysij interpretatione; & capite IV. Martini cap. x. g quod à Burchardo h & Ivone i dicitur ex Concilio Aurelianensi sine nomine, & in libro Tarraconensi k. Ab eisdem referuntur verba Dionysij, & ab Anselmo l. Varietas est in extremo canone. Græcè est: *ὁ αὐτὸς ἢ ἑὺκαρχίας τελεία συνόδος ἢ κείνας τὸ ἐπισκευόμενον ὁρίσῃ.* Expectare eum oportet provincie plenariam synodum, donec de eo quod competit statuatur, Isidorus. *Sustineat autem quod de eo sanctum Concilium iudicare voluerit,* Martinus. *quid pro quod Gratianus. quidquid Burchardus & alij. quem etiam observare convenit quidquid synodus provincie perfecte iudicando decreverit,* Dionysius apud Gratianum. *synodus perfecta provincie apud Burchardum & Græcos.* (9)

Cap. XIX. ex Isidori ferè interpretatione refert Gratianus distin. Lxv. cap. III. & Martini cap. III. cap. II. m Initij varietas est, *ἐπίσκοπον μὴ χεῖρον ἔχειν.* Episcopum non or-

g Dist. 92. c.
4. Si quis. &
c. 5. Si quis.
h Burch. l. 1. c.
40. & 41.
i Ivo par. 5.
c. 151. & 152.
decr.
k Tarrac. lib.
6. c. 68. & 69.
l. Ansel. lib. 6.
cap. 41.

m Dist. 65. c.
2. Non de-
bet. & c. 3.
Episcopus.

dinandum, Isidorus. *Episcopus non est ordinandus*, Gratianus. *Non debet ordinari Episcopus*, Martinus. (10)

De synodo bis quotannis habenda cap. xx. refert ex Isidoriana interpretatione Gratianus distin. xlix. cap. iv. & Martini cap. xlix. cap. xv. ejusdem distinctionis *n*. Item Burchardus *o* & Ivo *p* cap. xx. referunt ex Dionysij interpretatione. Tempora synodorum omisit Martinus. In aliis varietas est de posteriori synodo, quam omnes Idibus Octobris habendam dicunt. sed Græci & Isidorus decima Hyperberetæi mensis; Dionysius & ceteri xv. quamvis non aperte, quia solum dicunt Octobrem esse Hyperberetæum mensem. B. Non idem Theodorus & Lilius dicent, qui Romanorum cum Græcis nomina mensium non posse convenire scribunt propter intercalationes. A. Posterioribus temporibus fortasse omiserunt intercalandi consuetudinem & ordinem mensium Latinorum servarunt. In canonibus Apostolorum sine mentione mensis Octobris dicitur Hyperberetæi duodecima, capite xxxvii. Græcis, Latinis xxxlix. Sed in Isidori libro dicitur, juxta Romanos, quarto Idus Octobris. (11)

Venio nunc ad caput xxiii. quod refert Gratianus causa iii. cap. iii. *q* ex Dionysij interpretatione, item Burchardus *r*, Ivo *s*, Anselmus *t*, & liber Cæsaraugustanus *u*. Et Martini caput refert Gratian. cap. iv. ejusdem quæstionis *x*. Item Burchardus *y* & Ivo *z* ut ex Concilio Hispalensi, Quod apud Gratianum

n Dist. 18. c. 4. Propter. & c. 15. Propter
o Burch. lib. 1. c. 44.
p Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 3. panor & par. 5. c. 154. decret.

q 8. q. 1. cap. 3. Episcopo.
r Bur. lib. 1. c. 185.
s Ivo par. 5. cap. 301. decret.
t Ans. lib. 6. c. 57.
u Cæs. lib. 3. c. 37.
x c. 4. Episcopo. e. q.
y Burc. d. lib. 1. c. 187.
z Ivo dict. part. 5. c. 303.

est, & electione Clericorum, neque Græci neque Latini libri habent. (12)

Caput xxv. ex interpretatione Dionysij refert Gratianus caussa xii. cap. xxiii. & Martini cap. xvi. caussa x. quæst. ii. cap. iix. a Dionysium sequuntur Anselmus b & Capitulare Caroli c & aliorum. Varietatem omitto, ut veniam ad Laodicenos. (13)

Caput xiii. refert Gratianus dist. lxiii. cap. vi. d ex Dionysij interpretatione, & Burchardus e & Ivo f & Anselmus g & Deus-dedit h & Capitulare i de quo dixi. Martini caput primum refert Gratianus cap. iix. ejusdem distinctionis k; & ut Bracarenfis Concilij cap. i. referunt Burchardus l, Ivo m, & Anselmus n; ut verba Cælestini liber Cæsaraugustanus o. Addit autem Martinus quædam: *Vt Episcopi eos probent &c.* (14)

Caput xxxii. est apud Gratianum caussa prima cap. lxvi. ex Isidoriana interpretatione, & caput lxvii. ex Martino cap. lxx. p, *ne eulogia sive benedictiones ab hæreticis accipiantur.* Laodicenum canonem referunt Burchardus q & Ivo r & Deus-dedit s, sed ex Dionysij interpretatione. At ex Isidori liber Tarraconensis t. (15)

Caput xlvii. habet Gratianus de consecratione distin. iv. cap. lix. u ex Isidori interpretatione, ut est etiam in Capitularibus Imperatorum x. At in eadem distinct. cap. lix. Martini verba refert capit. xlix. y Ex Dionysio referunt Burchardus z & Ivo a. (16)

- a 12. q. 1. c.
- 23 Episcopus.
- & 10. q. 2.
- cap. 8. Episcopus
- b *Anf. lib. 6.*
- c. 163.
- c *Capit. lib.*
- 7. c. 76.
- d *Dist. 63. c.*
- 6. Non est.
- e *Bur. li. 2.*
- c. 8.
- f *Ivo par. 6.*
- c. 28 decret.
- g *Anf. lib. 6.*
- c. 38.
- h *Deusd. l. c. 1.*
- & 4.
- i *Capit. lib. 7.*
- c. 79.
- k c. 8. dist.
- 63. non licet.
- l *Bur. lib. 1.*
- c. 10.
- m *Ivo par. 5.*
- c. 64 decret.
- n *Ansel. lib.*
- 6. c. 8.
- o *Cæsaraug.*
- lib. 3. cap. 18.
- p 1. q. 1. c. 66.
- Non oportet.
- & 67. Non
- liceat.
- q *Burc. lib. 3.*
- c. 209.
- r *Ivo par. 3.*
- c. 260. dec.
- f *Deus-ded. c.*
- 2. & 4.
- t *Tarr. lib. 6.*
- c. 20.
- u *De conf. di.*
- 4. c. 58. Bap-
- tizandor.
- x *Capit. lib. 7.*
- cap. 404.
- y e. d. c. 57.
- Non liceat.

z *Birc. lib. 4.*
cap. 9.
a *lvo par. 1. c.*
204. dec.
b *De consecr.*
d. 3. c. 7. Non
liceat. & cap.
8. Non oportet.

c *Cassian l. 4.*
c. 21. & 22. de
instit. cœnob.

d *Dist. 44. c.*
10. Non oportet. & c.
ut.

e *Dist. 95 c. 8.*
Non oportet.

f *De conf. d.*
4. c. 124. Omni tempore.

Sic etiam distin. tertia cap. 119. refert caput L. Concilij Laodicensi ex Isidori interpretatione, & capite VII. ex Martini capite I. b & quod Græcè est *νησέειν ξηροφαγώων*, Martinus *sincerè abstinentes* dixit. *escis abstinentia convenientibus, id est, aridioribus*; uti Isidorianus interpres. B. Sic etiam xerophagia dicitur apud Cassianum c, & omophagia, cum crudis cibis utuntur. A. *districto venerari jejunio* Dionysius in Corpore canonum scripsit. Aridis hodieque cibis Græcos in quadragesima uti scio. (17)

Caput LV. (quod aliis LIV. est) refert Gratianus distin. XLIV. cap. x. ex Isidori interpretatione, & cap. XII. Martini caput LXI. vel LXII. d Ex Dionysij interpretatione refert Rabanus cap. XXVII. pœnitentium. Quod Græcè est *ἐκ συμβολῆς συμπόσια ἐπισημαίνοντα*, ex collatis vel commestationibus convivium celebrare vertit Dionysius. *ex symbolis, quæ vulgus commissalia appellat, convivium celebrare*, Isidorianus. *convivia facere de consecratis*, Martinus. (18)

Caput huic proximum LVI. vel LV. erit hujus Concilij & diei extremum. Refert Gratianus distinct. XCV. capite 119. ex Isidori interpretatione e. & de consecrat. dist. IV. cap. CXXIV. extremo refert caput Martini LIII. f Varietas est nonnulla. Namque Martinus de baptisterio ait: *Non liceat Presbytero prius Episcopo introire in baptisterium.* Græci: *ἔσιέναι ἐ κατέχευθαι εἰ τῶ βύματι.* ante processionem Episcopi introire in sacrarium & sedere;

dere; sed cum Episcopo debent ingredi, vel in subselliis sedere, Dionysius. ante ingressum Episcopi ingredi Ecclesiam, & sedere in tribunalibus, Isidorianus. Quod verò Martinus ait nisi fortè aut absens fuerit aut agrotus, Isidorianus habet: nisi fortè aut agrotet Episcopus, aut in peregrinationis commodo eum abesse constiterit. Apud Democharem est commodo esse eum constiterit. & in margine: in peregrinatione modo, eum esse &c. Apertiùs Dionysius: nisi forsitan infirmitate detineatur aut proficiscatur Episcopus. Græcè verò est: *ἢ μὴ ἀνομιᾶν ἢ ἀποδημεῖ ἑπίσκοπος*. (19)

Cetera alio die, ut veteres augures dicebant, persequemur.

ADDITIONES.

(1) CAPITIS undecimi *Si cuius uxorem*. dist. 34. in Gregoriano libro inscriptio est: *Item in Neocesariensi Concilio c. 8.* Et in margine: *Ans. l. 7. c. 19.* Capituli 12. inscriptio est: *Item ex Concilio Martini Papa. Si laici uxor &c.* Et in margine: *Ali-cuius laici] orig. Et: Apud Martinum Bracarensem c. 28.*

(2) Initio quæstionis 8. causæ 15. in eodem libro hæc verba sunt: *De ultima verò quæstione sic statutum est in Concilio Neocesariensi c. 9. & 10. Qui admisit corporale peccatum &c.* Et in margine: *Raban. lib. penit. c. 1. Poly. l. 4. ti. 39. Burc. l. 2. c. 49. Ivo p. 6. c. 150. Pann. l. 3. c. 151.* Et in Notis: *Propter ejus studij utilitatem] Græcè est, ἕνεκα τῆς ἀμύνης ἀπουδῶν, id est, propter studium ac diligentiam, quam cetero-quin adhibet. Privari] Græcè legitur: τῷ χεῖρ ἁγιασμένων. id est, per manus impositionem dimitti, quemadmodum ferè vertit Dionysius, cujus versionem ceteri collectores attulerunt, hac tamen clausula omis-sa. Nam hæc versio quam Gratianus affert, est prisca,*

qua in collectione Isidori (deest extat.) Ita ex his verbis longè alia elicitur sententia atque auctor glossa paravit. Capituli quarti inscriptio est : Item ex Concilio Martini Papa c. 35. Si quis Presbyter &c. Et in margine : In capitulis Martini Bracharensis ex Conc. Neocasarien. cap. 9. & 10. Burc. l. 2. c. 48. Ivo p. 6. 149. Pann. l. 3. c. 150. In fine, pro voce accipiant, est in margine : Al. retineant.

(3) Gratiani verba sunt in eodem libro initio distin. 78. Qua verò atate Sacerdotes ordinari debeant, Bonifacius Papa diffiniuit dicens : Si quis triginta &c. Et in Notis est : Bonifacius] Ceteri collectores citant ex decretis Fabiani. Extat apud Martinum Bracharensis Episcopum in capit. Grac. synod. c. 20. Et in margine : Poly. l. 2. tit. 20. Burch. l. 2. c. 10. Ivo par. 6. cap. 30. Pann. l. 3. c. 29. Capituli 4. hæc inscriptio est : Item ex Concilio Neocasariensi c. 11. Presbyter ante xxx. &c. In margine hæc sunt : Polyc. l. 2. tit. 27. Ans. l. 7. c. 95. Pann. l. 3. c. 29.

(4) Inscripção capituli 37. Si quis servum alienam occasione religionis &c. c. 17. q. 4. in Gregoriana collectione est : Vnde in Gangrensi Concilio c. 3. legitur. In margine est : Ivo p. 16. c. 102. & p. 13. c. 48. Capituli 38. inscripção hæc est : Item ex Concilio Martini Papa c. 47. Si quis servum alienum causa religionis doceat &c. Et in margine est : In cap. Gracarum synod. Martini Brachar. Burc. l. 8. c. 25. Ivo par. 7. cap. 43.

(5) Capituli sexti causæ 11. quæst. 3. in eodem libro inscripção est : Item ex Concilio Antiocheno c. 4. Si quis Episcopus damnatus à synodo. In Notis est : Damnatus] Gracè est *καταπέτης*, id est, depositus. Et in margine : Et Aquisgran. c. 47. extr. de Clero exc. depo. c. 1. & 2. Nic. Papa epi. 8. Poly. ibid. (hæc est, l. 7. tit. 1.) Burc. l. 1. c. 199. Ivo p. 5. c. 36. Ans. l. 12. c. 26. Capituli 7. inscripção est : Item ex Concilio Martini Papa c. 37. Si quis Episcopus in Concilio excommunicatus fuerit &c. In margine est : In capitulis Martini Bracharensis. In Notis hæc sunt : Forinsecam] In aliquot Gratiani & Concilij codicibus est, forasticam. In canone quinto Concilij Antiochani

DIALOGUS UNDECIMUS. 131

unde hoc sumptum est, legitur, *ἵνα τὸ ἐξωθεν ἔχοιται*, que Dionysius vertit, per potestates exteras.] Capituli primi de Clerico excom. inscriptio est: Ex canone Apostolorum: Si quis Episcopus, Presbyter, &c. Et in margine est: *Addi potest c. 18. ex Theodoro Balsamone. refertur c. 1. eod. tit. in 1. compila.* Capituli secundi inscriptio est: Ex Concilio Antiocheno: Si quis Presbyter &c. Et in margine est: *cap. 2. eod. tit. in 1. compil.*

(6) Capituli primi 9. q. 3. in eodem libro inscriptio est: sicut in Concilio Martini Papa legitur c. 4. *Per singulas provincias oportet &c.* In margine est: *In capitulis Martini Bracharen. c. 4. Pro voce Metropolitanum est in margine: Al. Primatum Metropolitanum sui. Et pro voce assumat: Al. sibi assumat.] Capituli 2. inscriptio est hæc: Item ex Concilio Antiocheno c. 9. Per singulas provincias Episcopos singulos &c. Et in margine, ad illa verba, secundum antiquum patrum nostrorum canonem, additur: Apost. can. 34. In Notis, ad illa verba, citra Metropolitanum Episcopi conscientiam, additur: Græcè est, *διὰ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου, μή ᾧ ἀπὸ τῆς αἰῶν τῆς τῶ λοιπῶν γῶμεν*. Itaque eadem voce *γῶμεν* utitur canon tam in consensu Metropolitanum quam suffraganeorum. Sed ob multas varietates placuit apponi verba Græca cum versione nova. *τῶς καὶ ἐκείτω &c. Episcopus qui in unaquaque &c.**

(7) Inscripção capituli secundi 21. q. 5. in eodem libro est: *Item ex Concilio Antiocheno c. 12. Si quis à proprio Episcopo depositus Presbyter &c.* Et in margine hæc sunt: *Et in Aquisgran. c. 74. Burc. l. 2. c. 180. Irmo p. 6. c. 225.* Capituli 5. inscriptio est: *Item ex Concilio Martini Papa c. 35. Si quis Episcopus, Presbyter, aut Diaconus excommunicatus &c.* In margine hæc sunt: *In capitulis synod. Græc. Mar. Brachar. c. 35. Concor. sup. ea. c. Si quis à proprio. Ad illa verba, & importans se palatio, est in margine: Al. importunans. al. importunus palatio.* In Notis est: *ad majorem Episcoporum synodum] Antea legebatur, majorum Episcoporum Concilium. Emendatum est ex codice Lucensi regio: quoniam concordat cum sa-*

none Antiocheno sup. ead. Si quis à proprio, unde videtur sumptum.

(8) Causa 6. quæst. 4. cap. 1. in eodem libro Romano ita scriptum est: *In Concilio Antiocheno c. 14. sic invenitur diffinitum. Si quis Episcopus criminaliter in iudicio Episcoporum fuerit accusatus & c.* Et in margine: *Al. de aliquibus causis criminalibus.* Et: *Burc. l. 1. c. 150. Ivo p. 5. c. 263.* In Notis hæc sunt: *Caput hoc in multis etiam vetustis Gratiani exemplaribus citatur ex Concilio Laodiceno. In uno tamen antiquo est ex Concilio Antiocheno, in quo etiam extat: & est antiqua versio. Metropolitanum] Gratiani exemplar hic valde dissentit ab hac versione. Namque his verbis colligitur Concilium unius provincie, in quo necesse est adesse proprium Metropolitanum, posse ad vocare vicinam provinciam Metropolitanum cum aliquibus Episcopis. Quod Marinus etiam Bracharensis in sequenti capite, quod ex Concilio Antiocheno accepit, confirmat. Græcè verò locus ita habet. εἰδοὺ τῆς ἐκείνης &c. Quod Dionysius, quemadmodum etiam est in codice canonum, sic vertit. Sancta synodo placuit &c. Ac sanè, quod Metropolitanus ad alterius Metropolitanum vocationem deberet venire, atque in eodem Concilio duo Metropolitanum futuri essent, vix videtur convenire. Capituli secundum inscriptionem est: *Item ex Concilio Martini Papæ [id est, Episcopi Bracharensis, c. 13.] Si quis Episcopus in aliquibus causationibus iudicatur &c.**

(9) Distin. 92. cap. 4. inscriptio est in eadem editione: *De his in Concilio Martini Papæ sic statutum est: Si quis ordinatus Episcopus, pro contentione populi &c.* In margine hæc sunt: *Capit. Martini Bracharensis cap. 10. Vide Pelag. II. in epist. ad Benignum. Poly. l. 2. tit. 3. Burc. l. 1. c. 40. Ivo p. 5. c. 151. Et in Notis: Episcopus] In vulgatis sequebatur, ad patriarchiam cuius est electus. quæ inducta sunt auctoritate manuscriptorum & originalis ac ceterorum collectorum. Contentione] In duobus vetustis exemplaribus Gratiani & uno Conciliorum Regis Catholici legitur, contentione.] Ad illa verba, in quam venit, est in margine: *Al. convenit. Capituli 5. hæc inscriptio est:**

Item
pus or
margi
Burch
addit
vitet.
ed quod
expecta
fecta.
& Ivo
in pau
ponitu
caput
cheno
Braca
Notis
dus &
tini Br
ad ver
(10
dem l
Non a
sentia
conscie
cil. An
Concil
nand
copi &
bis Gr
Dionys
(11
tio est
ecclesi
c. 44.
19. In
tea leg
Pentec
medic
risque
qua ej
anti p

DIALOGUS UNDECIMUS. 133

Item ex Concilio Antiocheno cap. 18. Si quis Episcopus ordinatus, ad parochiam cuius est electus &c. In margine sunt hæc: In epistol. Pelag. 2. Poly. ibid. Burch. lib. 1. cap. 141. Ivo p. 5. c. 152. Ad vocem cuius additur in margine: *Al. cui.* Ad vocem *vetet*: *Al. vitet.* Et in Notis: *Vetet*] *Ἰσὲ τῆς ἑλᾶς ἑξαίμων,* id quod populus recuset. *Observare*] *ἐκδέχου,* id est, expectare, & suscipere. *Perfecta*] *Antea legebatur perfecta.* Restituta est vera lectio ex orig. & Burchardo & Ivone. Quid autem sit synodus qua hic perfecta, & in paulo post sequentibus capitibus integra dicitur, exponitur infra ead. c. Si quis Episcopus, tertio. Est id caput 8. cuius inscriptio est: *Item ex eodem (Antiocheno) c. 16.* Et in margine est: *Apud Martinum Bracar. c. 9. Burch. l. 1. c. 39. Ivo p. 5. c. 150.* Et in Notis: *Hæc versio, quam & Gratianus & Burchardus & Ivo sequuntur, eadem ferè est atque illa Martini Bracarensis. Dionysiana verò longè magis accedit ad verba Græca.*

(10) Inscriptio capituli secundi distin. 65. in eodem libro hæc est: *Item ex Concilio Martini Papa. Non debet ordinari Episcopus absque consilio & presentia Metropolitanæ Episcopi &c.* In margine: *Al. conscientia.* In capitul. Martini Brac. cap. 3. ex Concilio Antioch. cap. 19. Capituli 3. inscriptio est: *Item ex Concilio Antiocheno cap. 19. Episcopus non est ordinandus sine consilio & presentia Metropolitanæ Episcopi &c.* Et in margine: *cap. 18.* Et in Notis: *Verbis Græcis multò melius respondet altera versio, qua Dionysij est; ideoque illa consulenda.*

(11) Cap. 4. distin. 18. in eadem editione inscriptio est: *Item ex Antiocheno Concilio c. 20. Propter ecclesiasticas causas &c.* Et in margine: *Burch. l. 1. c. 44. Ivo p. 5. c. 154. Pann. l. 4. c. 15. Polyc. l. 3. ti. 19.* In Notis hæc sunt: *Id est, media Pentecoste*] *Antea legebatur, & in medio temporis inter Pascha & Pentecosten. nec multò aliter apud Ivonem, id est, medio temporis &c. Sed reposita est hæc lectio ex plerisque Gratiani exemplaribus & collectione Isidori, in qua est hæc eadem versio. Nam ceteri collectores secuti potiùs videntur versionem Dionysij, qua est in*

codice canonum: quamvis & Burchardus & Pannormia hoc loco habeant, id est, medio Pentecostes, vel in medio Pentecoste. ubi in versione Dionysij est, ita quarta septimana Pentecostes, verbum plane e verbo. Græcè enim est: ὡς τῆ τετάρτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν πεντηκοστὴν. Compleatur] vocem ἐπιτελείου Dionysij ut tit conveniat. Decimus] Prorsus ex Græco. Dionysius autem, quem Burchardus & Ivo sequuntur, habet Idibus Octobris, id est, quintodecimo die mensis Octobris, quem Hyperberetæum Græci cognominant. In canone autem Apostolorum 37. legitur secundam anni synodum celebrandam esse ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ, id est, duodecimo die Hyperberetæi. Non convenire autem omnino Latinorum menses cum Græcorum satis constat. Suidas quidem scribit, apud Macedonas Hyperberetæum eundem esse qui October, Galenus autem Pergami eundem qui Semptember. Capitulis 15. ejusdem distinctionis hæc inscriptio est: Item ex Concilio Martini Papæ. Propter ecclesiasticas causas &c. Et in margine est: Apud Martinum Bracarensem Episcopum in cap. synod. Græc. cap. 18. Poly. l. 2. tit. 17. Et ad verbum veniant additur: procedant, orig. Et in Notis: Gratianus hoc primum citat nomine Martini Papæ, deinceps eodem nomine multa citaturus. quæ omnia sumpta sunt ex libro capitulorum Græcarum synodorum Martini Episcopi Bracarensis. (antiquitus enim Episcopi Papæ dicebantur.) Hic enim, cum esset Græcus, ad utilitatem Ecclesiarum Hispania, ubi episcopatum obtinebat, ea capitula Latina fecit; & in nonnullis quadam addidit, in aliis verò reliqua detraxit; quemadmodum in hoc capite, quod sumpsit ex Concilio Antiocheno c. 20. sup. ead. c. Propter. Aliqua etiam ex Toletanis Conciliis in eum libellum retulit. Vel hi] In aliquot Conciliorum editionibus legitur, ut eorum qui se laesos existimant, in Concilio causa &c.

(12.) Gratiani verba sunt in Romano libro ante caput 3. Episcopo non licere. 8. q. 1. sed in Antiocheno Concilio hoc omnino fieri prohibetur: in quo c. 23. sic statutum legitur. Et in margine hæc sunt: Poly. l. 2. tit. 17. Anst. l. 6. c. 57. Burc. l. 1. c. 185. Ivo p. 5.

c. 301. Et in Notis: *Iudicio Episcoporum*] In codicibus Gratiani, etiam manuscriptis, sequebatur, & electione Clericorum. quæ sunt expuncta, quia neque in originali neque apud ceteros collectores leguntur. Capituli 4. inscriptio est: *Item ex Concilio Martini Papa c. 8. Episcopo non liceat &c.* Et in margine est: *Id est, in capitulis Martini Bracharen. c. 8. Bure. l. 1. c. 187. Ivo p. 5. c. 303. utrique ex Concilio Spalensi.*

(13) Inscripção capituli 23. *Episcopus ecclesiasticar. 12. q. 1.* in eodem libro hæc est: *Item ex Concilio Antiocheno c. 25.* Et in margine est: *Et in Parisiensi Conci. l. 1. c. 15. Ans. l. 6. c. 163.* In Notis est: *Occultè res*] In versione Dionysij legitur, ut per hujusmodi personas occultè ceteri lædantur fratres Ecclesiæ: (*& in margine: Al. ceteræ lædantur Ecclesiæ*) *& concordat cum alia antiqua versione, quæ & ipsa est in tomis Conciliorum, ut per eorum secretam diligentiam ecclesiastici lædi videantur. Gracè in codicibus qui lecti sunt habetur: εἰς ὃ θεὸς τῶν βλαπτεομένων λόγους τῆς ἐκκλησίας. id est, ut ex his rationes Ecclesiæ latenter lædantur.* Capituli 7. *Episcopus habeat. 10. q. 2.* (quod nobis est 8.) inscripção est: *Item ex Concilio Martini Papa c. 16.* In margine hæc sunt: *In capitul. Martini Brachavensis ex Conc. Antioch. c. 25.* Et: *12. q. 1. Episcopus ecclesiasticarum.* Et ad verbum *contaminaverit* est additum: *ita minaverit*] *codex regius.* Et in Notis: *Sin autem*] *In capitulis habetur, similiter. Sed melior videtur lectio duorum veterum Gratiani codicum, si aliter. Proprius enim accedit ad Gracam Concilij Antiocheni c. 25. unde hoc sumptum est: εἰ ἢ ἕτερος, id est, si autem & aliter, ut inf. 12. q. 1. c. Episcopus. Actu*] *Hæc vox in simili re habetur inf. 12. q. 2. Vulterana: Vulteranæ Ecclesiæ actus vel patrimonium. Gracè est, ἢ ἕτερος ἐπίσεως ἐκκλησιαστικῆς. id est, vel etiam ex qualibet alia causa & occasione ecclesiastica.*] Varietas numeri capitulum hujus quæstionis oritur ex cap. *Hoc jus porrectum.* quod nobis est tertium, in libro Romano pars capituli secundi.

(14) Capituli sexti distin. 63. in eodem libro inscripção est: *Item ex Concilio Laodiensi c. 13. Non est*

permittendum turbis &c. Et in margine: *Burc. l. 2. c. 8. Ivo p. 6. c. 28. Ansel. l. 6. c. 38. al. 43. Deinde. p. 1. & 4.* Capituli octavi hæc inscriptio est: *Item ex Concilio Martini Papæ c. 1. Non licet populo &c.* Et in margine: *Apud Martinum Bracharensem c. 1. Sup. dist. 24. c. Episcopi. & dist. 51. Episcopum. Burc. l. 1. c. 10. Ivo p. 5. c. 64. Ansel. l. 6. c. 8. al. 12.*

(15) Causa 1. quæst. 1. caput 66. in eodem libro ita inscribitur: *Item ex Concilio Laodicensi c. 32. Non oportet hæreticorum benedictiones &c.* In margine hæc sunt: *Deus-dedit p. 2. & 4. Burc. l. 3. c. 259. Ivo p. 3 c. 260.* Inscripção capituli 67. est hæc: *Item ex Concilio Martini Papæ c. 70. Non liceat Clericis &c.* Et in margine: *In capitulis Martini Bracharensis.*

(16) De consecrat. distin. 4. cap. 58. in eodem libro inscripção est: *Item ex Concilio Laodicensi c. 46. Baptizandos oportet fidei symbolum &c.* Et in margine: *Burch. l. 4. c. 9. Ivo p. 1. c. 205.* In Notis hæc sunt: *Fidei symb.] Est prisca versio, & sententiam sat bene reddit. Hoc autem loco Græcè ἐστὶν τὸ μίσθω.* Capituli 59. inscripção est: *Item ex Concilio Martini Bracharensis c. 49. Non liceat ante dnm &c.* Et in margine: *In capit. synod. Græcarum.*

(17) Distin. 3. de consecrat. cap. 7. inscripção in eodem libro est: *Item ex Concilio Martini Papæ Bracharensis c. 50. Non liceat quinta feria &c.* Et in margine: *In capitul. Gra. synod.* Inscripção capituli octavi est: *Item ex Concilio Laodicensi c. 50. Non oportet in Quadragesima &c.* Et in margine: *Et in 6. syn. c. 29. Burch. l. 13. c. 8. Ivo par. 4. c. 41.*

(18) In eodem libro Gregoriano inscripção capituli 10. dist. 44. est hæc: *Item ex Concilio Laodicensi c. 55. Non oportet ministros altaris &c. ex symbolis, (quæ vulgus commessalia appellat) convivium celebrare.* Et in margine: *Conc. Aquisgr. c. 83. Rab. in pan. c. 27.* Et ad illa verba quæ vulgus &c. additur: *Ista sunt addita loco cuiusdam glossæ.* Inscripção capituli 12. est: *Item ex Concilio Martini Papæ c. 61. & 66. Non liceat sacerdotes &c.* In margine est: *Apud Martin. Brachar. Burch. l. 2. c. 165. Ivo p. 6. c. 256.*

(19) Capituli octavi distin. 95. in eodem libro inscripção

criptio est: *Item ex Concilio Lædicensi cap. 56. Non oportet Presbyteros ante ingressum Episcopi ingredi & sedere in tribunalibus &c. In Notis: in peregrinationis commodo eum abesse constiterit] Sic prisca v. r. s. Sed Dionysius longè propius ad verba Græca: nisi forsitan infirmitate detineatur aut proficiscatur Episcopus. πλὴν εἰ μὴ ἀνωμαλίῃ, ἢ ἀποδημίῃ ὁ ἐπίσκοπος. Inscriptio cap. 124. Omni tempore. de consecr. dist. 4. hæc est: *Item ex Concilio Martini Bracharensis c. 51. & sequentibus. Et in margine: Vide Melden. cap. 46. Et vers. Presbyter: Suprà dist. 95. Presbyter. Et vers. Non liceat: Dist. 95. Non oportet. Item in margine: Cap. 52. & Cap. 53. Quæ referuntur ad Martini capita.**

DE ALIIS MARTINI BRACARENSIS
capitibus, & de Gratiani erratis.

Dialogus duodecimus.

C. SUNT ne alia quæ Gratianus ex Martini collectione referat quasi ex Concilio Martini Papæ? **A.** Sunt quidem non pauca, quæ tu facilè in Antonianis libris inuenies notata. Ego de illis sum locutus quæ bis posita sunt, tam ut ex Græco canone, quàm ut Martini Papæ verba. **C.** At in quibusdam nihil notatum est, ut in hoc capite octavo causæ xxvii. *a Item ex Concilio Martini Papæ. Viduas autem velare &c. A.* Sumptum id caput non est ex Martini collectione, sed ex Concilio Triburiensi capite xxv. Idem error est in panormia Ivonis *b. Ex Concilio Maguntino Burchardus c & Ivo in excerptionibus d. Ex Aurelianensi Bernardus*

a 27. q. 1. c. 8.
viduas.

b Ivo lib. 3.
tit. 17. c. 10.

panor.
c Burch. lib. 8.

c. 36.
d Ivo par. 7.

c. 55. dec.